Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XLVII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

meus ueniet idest iudicium aut mors longe
est a me hoc quippe dicunt illi qui non cogi-
tant de morte et cepit quanto magis si pſeue-
rauit uoluptatibus et illecebris ac malis
operibus et curitati cotidianis occupari et co-
ſeruos quos fouere et defendere debuit per-
cutere ſz iniuriis laceſſendo uel prauo uer-
bo aut exemplo corrumpendo et peccare fa-
ciendo ſic qz cum ſecuritate uixerit peruerſe
ueniet dn̄s ſerui illius ſz in morte ubi est
iudiciū particulare uel in cōmo examine
ubi erit iudicium gn̄ale in die qua nō ſpat
et hora qua ignorat de die ēm et hora illa
nullus homo ſcit Et ſic exponit malorum
platorum qui in hoc ſeruo intelliguntur
uita et demeritum in ſex que ſunt ppria eo-
rum ſz pſumptio minorum oppreſſio caſtri-
margia luxuria cōtemptus et negligentia
et diuidet eum ſeparando aiaz a corpore
in morte et a conſortio ſanctorum in exa-
mine ponet qz partem huius duplicem ſz
corpus et aiaz uel partem i· retributione
cum ypocritis i· falſis xpianis in agro et i
mola et in lecto derelictis et etiaz cum ypo-
critis quaz cum aliis ut ſimilitudo pene
reſpondeat ſimilitudini culpe ypocrita n·
aliud est et aliud oſtendit ſic qui in agro u'
in mola ſeu in lecto erant et idem facere ac
boni eſſe uidebant̄ ſz cordis diuerſe uolunta-
tis apparet cum delinquitur et cum dāpna-
tis dāpnantur Hec malorum ſuorum re-
muneracio ſz eterna dāpnatio ubi Criſo
Diuidet eum de conſortio xpianorum ut
nec cum ſanctis glorificetur nec cum his
qui mediocriter deliquerunt mediocrī
puniatur Et ingeret eum ypocritis et infide-
libus ut quorum imitatus mores ipſorum
puniatur interitu Nam ſacerdos quadmodū
ſup omnem pplm glorificatur ſi bene fecerit
non ſolum ppter ſuas iuſticias ſz et ppt omnium
quia cauſa est ipe iuſticie uniuerſorum
ita et peccans ſup om̄s punitur non ſolū

ppter ſuum pctm ſed et ppter omnium quia
ipe cauſa ſit om̄i ad peccandum hec Criſo·
Deinde de pena eorum ſubiungit dicens ibi e-
rit fletus ex uehementia frigoris unde Job
Maledicta pars eius in terra ad calorem
nimium tranſit ab aquis niuium De hac pē
latius habes ſupra eadem feria tercia de nō
habente ueſtem nuptialem Attende ergo hec
o ſerue male et te emendare ſtude quia nūc
est tpt emendationis et laboris poſtea erit
retributionis et mercedis Oracio

Domine ihu xpe da michi inceſ-
ſabilit̄ diem tranſitus mei et di-
em iudicii cogitare et nouiſſima prouidere
ut uigilem ſollicite pro ſpualibus et eciam
michi cauendo a pctis et inſiſtendo operibus
bonis me qz ipm̄ non negligam ſz om̄i tpre
ad mortem me pparem et diſponaz Pra
domine ut michi cottidiano actu prouideaz
et precauem conſumacōz et ut tota uita mor-
talis ſit in conuerſatione ut liber merear te
in fine te qz in morte uel iudicio uenientē
gaudenter recipere et cetiſſime fic gaude

De lumbis precinctis et lucernis ardentibus

Et quia ad uigilandum mul-
tipliciter dominus monuit
conſequent̄ quedaz ad uigiladū
nos pparancia ſeu ad uigila-
tes pertinencia deſcribit mo-
nens ut ſint lumbi uri tam mentis qz carnis
precincti cingulo caſtitatis et lucerne ardentes
in manibus et operibus uris lumbi mentis
ſunt uoluntas ſeu affectus et intellcs ex q-
bus procedunt cogitationes male et deſideria
praua lumbi uero carnis ſunt ex quibus p-
deunt carnales concupiſcencie et opa īpudi-
ca et utriqz lumbi ſunt pcingendi i· coarctā-
di ab illicitis cogitacōibus et operibus Cinctu-
rā pmorum est diuine legis meditacio aſſi-
dua que fit per ſtudium ſacre ſcripture Cinctu-
rum ſecundorum est iuſticia que fit p rigo-
rem diſcipline et ita per pmū fluxus cogita-

cionu̅ et desideriorum inutilium c̄pmit
in mente. Per s̄m fluvius concupiscenciarum
carnalium et operum destringitur. Itaque
lucerne ardentes sunt doctrine clare et luci-
de et exempla bona ex caritate que debet
esse in manibus nris ut impleamus opere
lucerne ergo per bonorum s̄monu̅ et operu̅
evidenciam ardentes per interne caritatis
fervorem et lucentes per sancte conversacois
splendorem sint in manibus nris. i. in opib
bonis sic Johannes erat lucerna ardens et
lucens ubi gregr. lumbos pcingimus cum
carnis luxuriam per continenciam coartamus
lucernas ardentes in manibus tenemus cu̅
per bona opa pxis nris lucis exempla mo-
stramus Et fulgencius. Jubens dns ut sint
lumbi nri pcincti mandat ut mala desideria
atqz opera fugiam. iubens ut sint nre lucerne
ardentes monet ut bona diligamus atqz
faciamus. Prius ergo pcinge lumbos et tu
attende lucernam prius declina a malo et
tunc fac bonum prius quiesce agere pverse
et tunc disce bene facere Nam ut ait aug. No
nobis infert deus bona sua nisi mala auf-
erat nra et in tantum illa crescunt in q̄ntum
ista minuunt nec illa pficientur nisi ista fi-
niant. Item monet ut tanqz fideles et p-
dentes ac de nra custodia solliciti et vigiles
dominu̅ a nupciis in celo per copulacionem
angelorum factis revertentem i. advenientem
eius ad iudicium particulare in morte vel
gnale in resurreccione cum timore et amore
expectemus sicut antiqui patres expectabant
eum venturum in carnem Que bene ex-
pectamus dum in eius adventum in oibus
nos metipos pparamus ut cum venerit et
pulsaverit confestim ei aperiamus et ipm
suscipere parati sim. Unde greg. ad nupti-
as quidem dominus abiit cum resurgens
a mortuis et ascendens in celum supnam
sibi angelorum multitudinem novus homo

copulavit. Qui tunc revertit cum nobis
per iudi[m] manifestatur. Venit qppe
cum ad iudicium pperat pulsat vero cum
iam per egritudinis molestias morte esse
vicinam designat. Cui confestim apimus
si hunc cum amore suscipim. Aperire enim
iudici pulsanti non vult qui exire de corpe
trepidat et videre eum quem contempsisse se
meminit iudicem formidat. Qui aut de sua
spe et opacoe securus est pulsanti confestim a-
perit quia letus iudicem sustinet et cu̅ tpe
ppinque mortis agnoverit de gloria retribu-
cionis hilarescit hec greg. Talis quippe pt
dicere cum aplo cupio dissolui et esse cum
xpo Qui eiusmodo est omnibus huius mudi
felicibus est felicior et regibus regalior un
aug. hoc enim dico omnibus huius mundi ps-
tare deliciis honoribus atqz diviciis si ob co-
sciencie securitatem fidei firmitatem spei certi-
tudinem mortem non timeas. Nec ille potest
maxime experiri qui aliquo tpe sub hac
servitute suspirans in liberioris consc̄ie auras
evaserit hec sunt future beatitudinis tue p-
micie salutares ut morte superveniente nalē
horrorem fides superet spes vincat c̄scia puta
repellat hec aug. Ex hoc solis perfctis convenit
Nunqz ergo imperfecti qui utraz habent in desi-
derio et mortem in pacia dampnabuntur
Absit. Multi enim salvandi sunt in caritate
imperfecti qui sz edificant lignu̅ fenu̅ stipu-
lam et de corpore exire timent ppt cremabi-
lia que secu̅ ferunt. Et quia deum istis te-
poralibus quibus adherent pponunt de
vita eterna certi erunt Et de hiis licet sint
salvandi non loquitur hic sz de pfctis qui vi-
tam habent in pacia et mortem in desiderio
Deinde subiungit pmii et retribucois
magnitudinem qui vigilantibus pmit-
tit beatitudine. Beati enim servi illi i. pnti
beatitudine spei et in futuro beatitudine
spei quos cum venerit dominus in co[...]

morte vel in cōmuno communi venerit vigilantes in statu gratie et non dormientes in statu culpe ubi greg. vigilat qui ad aspectum veri luminis apertos mentis et oculos tenet vigilat qui servat operando quod credit vigilat qui a se corporis et negligencie tenebras repellit hec greg. Sed veniens dominus quid vigilantibus suis exhibeat audiamus Nam precinget se id est ad retributorum preparabit et faciet vigilantes discumbere id est in eterna quiete reflorere et quiescere ut edant super mensam suam in regno suo et transiens id est de iudicio ad regnum rediens ministrabit illis quia sue lucis illustratione et divinitatis contemplatione fideles saciabit quem enim in humanitate in iudicio cernimus eciam in divinitate post iudicium videbimus commu- sarabit illis lac humanitatis et vinum deitatis et manna dulcissimum quod in cor hominis non ascendit faciet itaque illos discumbere quia fessos recreabit et ministrabit illis spirituales delicias apponens unde dicitur Discubitum enim operamur quietem a multis laboribus et copiosam donacionem omnium bonorum hoc est enim quod ibi facit eos recumbere dans eis perpetuam quietem et distribuens eis bonorum multitudinem Moraliter pulsat dominus hominis animum cum eum induat ad melius propositum cui confestim aperit per bonum consensum et suscipitur effectum et tali servo ministrat dominus graciam in presenti et gloriam in futuro Delectatur quippe dominus esse cum hominibus ideo querit ubi mansionem apud eos inveniat pulsat ergo ad ostia cordium multipliciter ut si pro uno non aperiatur ei saltem pro altero Pulsat ergo doctorum verba per bonorum exempla per collata beneficia per illata flagella per promissiones premiorum per minas tormentorum per passiones suas et sanctorum Quidam autem sunt qui pulsanti domino respondere nolunt Quidam humiliter respondent sed tamen abire faciunt Quidam aperiunt sed diu apud se quiescere eum

non permittunt Quidam licet apiant et eum recipiant tamen supervenientibus aliis hospitibus cum quo pauperem eiciunt aut quia domus plena est utensilibus non invenit ubi caput reclinet Quidam autem dominum pulsantem recipiunt et alios hospites excludunt et mundam et delectabilem preparant mansionem ut a nullo inquietur et illi multa bona per talem hospitem consequuntur Primi sunt qui ita sunt duri ut ad nullam predicacionem vel beneficium cor eorum valeat aliqualiter molliri Secundi sunt qui se peccatores humiliter confitentur sed adhuc non habent voluntatem deserendi peccata Tercii sunt qui in aliquo se emendant et in aliquo non ut qui usuras et res alienas amplius accipere nolunt sed acceptas refundere recusant Quarti sunt qui pro tempore compunguntur vel se emendant sed cito recidivant ut faciunt qui aliis hospitibus supervenientibus pauperes hospites eiciunt Hospites supervenientes sunt delectationes carnis mundi et huiusmodi Varia utensilia sunt occupationes superflue que cordis libertatem angustant et spiritum sanctum extinguunt Sed ut dicitur turpius eicitur quam non admittitur hospes Quinti et ultimi sunt qui bona que inchoant ad finem perfecte perducunt apud istos mansionem dominus facit et eos valde diligit In nocte ergo huius seculi semper debemus vigilare et contra hostes sollicitem esse ac expectare iudicem et dominum omnibus in qualibet etate patris lucem perpetuam ministraturum Et ideo si in prima vigilia et etate negligentes fuimus nec sic desperare et a bono opere cessare debemus Nam longanimitatis sue paciam insinuans dominus subdit Et si venit in secunda vigilia et etate et nisi in tertia vigilia et etate venerit in morte vel iudicio et ita invenerit eos scilicet vigilantes et in bono perseverantes beati sunt servi illi nunc in spe et postea in re ubi greg. Prima vigilia primevum tempus est unde nostre id est pueritia secunda adolescentia vel iuventus tertia autem senectus accipitur

Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit
custodia vel ſecundam et qui in ſcda noluit
tertie vigilie remedia non obmittat Ut q̄
conuerti in puericia neglexit ſaltem in tpre
iuuentutis vel in ſenectute reſipiſcat Sed
ut ait idem greg᷒ Nemo hanc longanimita-
tem dei negligat quia tanto diſtrictiorem
iuſticiam exierit quanto longiorem paciēciā
ante iudiciū prorogauit vnde albinus Sa-
tis eſt alienus a fide qui ad agendaz pniāz
tpꝛ ſenectutis expectat timendum eſt eñi
ne dum expectat iniāz incidat in iudicium
Sz heu hodie homines florem iuuentutis
in vanis cōſumunt et fecem ſenectutis in
agendo pniāz vix expendunt vnde ſeneca
de ſimilibus loquens ſic Queadmodum ex
amphora primū quod eſt optimum in ꝑmo
eſt ideo exhaurimus in alijs potius patimur
ut nobis fecem ſumemus Vigilias hic notat
a ſimilitudine excubancium in nocte quia
in huius mundi nocte ſemper debemus ſol-
licitī lucem venturā .i. aduentū iudicis ex-
pectare quia neſcimus qn̄ dn̄s veniat an
mane .i. in iuuentute an gallicantu .i. in
virili etate an media etate .i. in ſenectute
an ſero .i. in ſine Et quia in quolibet horum
ſtatu vigilare debemus et parati eē per iu-
ſticiaz ad recipiendum mortem ut in morte
dominū venientem recipiamus ꝑ bonam
voluntatem Et ne quis confidat de ſtatus
dignitate aut ſciencie claritate ſi male ſer-
uierit ſubiungit ꝙ ſeruus ut non ſit diſtrectio
in genere qui cognouit domini bonaz et ad
implendum obligantem et non ſe ꝑparauit ad
bonū nec facit eius voluntatem opaz in ope
implendo et etiaz in ope potiſſimo et mag᷒
beneplacitis domino plagis vapulabit .i. pu-
nietur multis quia peccauit in multis et
quia contempſit non faciendo quod faciendū
ſciebat talis eñi non ex ignorantia ſz ex cer-

ta ſciencia peccat et ſcienter peccans ma-
gis dnm̄ contempnit et plus offendit ac vi-
uus in infimū deſcendit Ecce ꝙ ſciā agg-
uat culpaz vnde greg᷒ ubi donū maioris
ſciencie ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet
culpe Leuior culpa eſt veritatem nō appre-
dere ꝙ̄ contempnere apprehenſaz Non enim
ſolū in omibus omia iudicantur ſz maior
cognicio ſit maioris pene occaſio vnde ſac-
dos eadem peccans cum ꝑplō multo grau-
ora patietur Seruus aūt qui nō cognouit
ſz voluntatem domini ſz ſcire potuit ſi ne-
gligens non fuiſſz et fecit pctā digna pla-
gis et punicione vapulabit paucis et
minus punietͬ ceteris paribus ꝙ̄ ſciens
peccat et ex certā malicia quia talis pec-
cat ex ignorancia que diminuit de pccō
niſi fuerit affectata ſicut cum aliquis vl
ignorare illud quod tenetur facere vel vita-
re ut licencius poſſit peccare Eo magna
eñi libidine peccandi prouenit cum aliqs
vlt illud ignorare cuius ſciā poſſz eum a
pccō impedire vel retrahere Multi qui-
dem exiſtimantes ſe minus vapulaturos
ſi neſciant ꝙ̄ operari debeant auertūt aure
ne verbum dei et veritatem audiant vel
intelligant ſz cum poſſent ſcire ſi ſtudium
vellent adhibere non ut neſcientes ſz ut
contemptores iudicabuntur quia nō cog᷒ſcē
dicendus eſt qui apprehendere vult ſz nō valz
In talium perſona dicitͬ in iob Qui dix-
erunt domine recede a nobis ſciaz viarū
tuarum nolum᷒ vnde beda Multi hanc
ſciāz male intelligentes nolunt ſcire ꝙ̄
faciant et qͥ minus ſe vapulaturos exiſti-
mant ſi neſciant quid operari debuerāt
Sz aliud eſt neſciſſe aliud eſt ſcire noluiſ-
ſe Neſcit namqz qui apprehendere volet et
non valet Qui aūt ut neſciat aurem a
voce veritatis auertit iſte non neſciens ſz

contemptor dicitur unde et Criso. Non est
eis excusacio dampnationis ignorantia ve-
ritatis quibus fuit inveniendi facultas nam
veritas salus et vita cognoscentium se magis
debet querere quam querere unde et bern. Multa
sciendi nesciuntur aut sciendi in curia aut
discendi desidia aut verecundia inquirendi
et quidem huiusmodi ignorantia non habet
excusacionem Et iterum frustra sibi de infirmi-
tate vel ignorantia blandiuntur qui ut libe-
rius peccent libenter vel ignorant vel infirmat
hec ber. Sed pauci per ignorantiam excusan-
tur quia ut ait leo papa intonante cottidie au-
ribus nostris eloquio dei omnis homo quid diuitie
iusticie placeat scire convincitur unde et be-
da Nemo igitur ex eo quod dictum est ser-
vum nescientem voluntatem domini vapula-
re paucis interpretandum de remedio nesci-
endi presumat qui ut alia taceam ex eo ipso
quod homo est nec mala que caveat nec bona
potest ignorare que appetat Ut autem dicit hic
glo. inter omnes penas mitissima est eorum
qui preter originale peccatum nullum addiderunt
minor postea eorum qui ex ignorantia pec-
caverunt postea eorum qui ex infirmita-
te tamen scienter postea eorum qui ex ma-
licia Et nota quod licet gravius sit peccare ex
certa sciencia periculosius tamen est pec-
care ex ignorantia Deinde reddit causam
iam dictorum quia ab omni cui plus datur et
cui plus committitur de gratiis plus exigetur
et queretur in hoc tempore ut non solum sibi sed
etiam aliis proficere doceatur et in die iudicii
quando de omnibus commissis ratio exigetur Quanto
enim dominus plura bona et dona homini confert
tanto magis et maiori contemptu dominum
offendit cum peccat et ideo magis punietur
quia potentes potenter tormenta patiuntur
et fortioribus fortior instat cruciatus Et
ergo merito cognoscens plus et non cognos-
cens minus vapulabit quia isti plus illi
minus est commissum hoc specialiter potest in-
telligi de hiis que data sunt prelatis ad regi-
men aliorum vel generaliter de hiis que data sunt
unicuique ad regimen proprium et hec sive sint bo-
na nature sive fortune sive gratie unde beda
Multum sepe datur etiam quibusdam privatis
quibus etiam cognitio dominice voluntatis
et exequendi que cognoscunt facultas impe-
ditur Multum autem commendatur ille cui cum
sua salute dominici gregis pascendi cura
committitur Maiori ergo gratia donatos et si
delinquerint maior vindicta sequetur unde
et Criso. Quanto enim maius aliquis beneficium
accipit tanto magis est obnoxius pene mag-
nus existens et nec honore melior effectus
Propter hoc itaque et divites pauperibus mag-
is puniuntur mali existentes quando neque in prospe-
ritate facti sunt mansueti hec Criso. et non
tantum reddemus rationem de hiis que accepimus sed
etiam de hiis que accipere potuimus si per nos
non stetisset quod negligentes et desides valde ter-
rere deberet Oratio

Domine ihesu christe qui iussisti et lum-
bos restringere et lucerne ardentes
tenere tu ipse lumbos nostros precinge ut nulla
nobis dominetur iniquitas et ad nullum de-
clinemus peccatum lucernas nostras tu ipse ardere
fac ardentes quoque custodi ut non refrigescat nostra
caritas sed semper ad tuam iusticiam faciendam omnis
nostra cogitacio locucio et operacio dirigatur Fac me
domine vigilanter et sollicite adventum tuum
expectare ut letus te suscipiens ad gaudia
eterna valeam te misante pervenire Amen

De decem virginibus xlix[m] capitulum

Postquam dominus ostendit qui-
dam antecedentia iudicium
et monuit ad vigilandum
consequenter describit ipsum iudi-
cium Et quia universitas iu-
dicanda distinguitur in tres status scilicet
activorum contemplativorum et pre-
latorum ideo tres ponit parabolas ad
istos tres pertinentes Prima est de dece-